

Zeitschrift: Schweizerische Kirchenzeitung : Fachzeitschrift für Theologie und Seelsorge
Herausgeber: Deutschschweizerische Ordinarienkonferenz
Band: - (1880)
Heft: 11

Heft

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 14.03.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Abonnementspreis:

Für die Stadt Solothurn:

Halbjährl.: Fr. 4. 50.

Vierteljährl.: Fr. 2. 25.

Franco für die ganze Schweiz:

Halbjährl.: Fr. 5. —

Vierteljährl.: Fr. 2. 90.

Für das Ausland:

Halbjährl.: Fr. 6 30

Schweizerische**Kirchen-Beitung.****Einrückungsgebühr**10 Gts. die Petitzeile
(8 Pfg. RM. für
Deutschland.)Erscheint jeden Samstag
1 Bogen stark mit monatlicher
Beilage des „Schweizer
Pastoral-Blattes.“Briefe und Gelder
franco.**EPISTOLA ENCYCLICA****Leonis XIII.****de Sac. Matrimonii.**

(Schluß.)

Nostrorum autem temporum legumlatores, cum eorundem juris principiorum tenaces se ac studiosos profiteantur, ab illa hominum improbitate, quam diximus, se tueri non possunt, etiamsi maxime velint: quare cedendum temporibus ac divortiorum concedenda facultas. — Quod historia idem ipsa declarat. Ut enim alia prætereamus, exeunte sæculo superiore, in illa non tam perturbatione quam deflagratione Galliarum, cum societas omnis, amoto Deo, profanaretur, tum demum placuit ratas legibus esse conjugum discessiones. Eisdem autem leges renovari hoc tempore multi cupiunt, propterea quod Deum et Ecclesiam pelli e medio ac submoveri volunt a societate conjunctionis humanæ, stulte putantes extremum grassanti morum corruptelæ remedium ab ejusmodi legibus esse quaerendum.

Ad vero quanti materiam mali in se divortia contineant, vix attinet dicere. Eorum enim causa fiunt maritalia fœdera mutabilia; extenuatur mutua benevolentia; infidelitati perniciosa incitamenta suppeditantur; tuitioni atque institutioni liberorum nocetur; dissuendis societatibus domesticis præbetur occasio; discordiarum inter familias semina sparguntur; minuitur ac deprimitur dignitas mulierum, quæ in periculum veniunt, cum libidini virorum inservierint,

pro derelictis habeantur. — Et quoniam ad perdendas familias, frangendasque regnorum opes nihil tam valet quam corruptela morum, facile perpiscitur, prosperitati familiarum ac civitatum maxime inimica esse divortia, quæ a depravatis populorum moribus nascuntur, ac, teste rerum usu, ad vitiosos vitæ privatæ et publicæ consuetudines aditum januamque patefaciunt. — Multoque esse graviora hæc mala constabit, si consideretur, frenos nullos futuros tantos, qui concessam semel divortiorum facultatem valeant intra certos, aut ante provisos, limites coercere. Magna prorsus est vis exemplorum, major cupiditatum: hisce incitamentis fieri debet, ut divortiorum libido latius quotidie serpens plurimorum animos invadat, quasi morbus contagione vulgatus, aut agmen aquarum, superatis aggeribus, exundans.

Hæc certe sunt omnia per se clara; sed renovanda rerum gestarum memoria fiunt clariora. — Simulac iter divortiis tutum lege præstari cœpit, dissidia, simultates, secessiones plurimum crevere; et tanta est vivendi turpitudine consecuta, ut eos ipsos, qui fuerant talium discessionum defensores, facti pœnituerit; qui nisi contraria lege remedium mature quæsissent, timendum erat, ne præceps in suam ipsa perniciem respublica dilaberetur. — Romani veteres prima divortiorum exempla dicuntur inhorruisse; sed non longa mora sensus honestatis in animis obstupescere, moderator cupiditatis pudor interire, fidesque nuptialis tanta cum licentia violari cœpit, ut magnam veri similitudinem habere

videatur quod a nonnullis scriptum legimus, mulieres non mutatione consulum, sed maritorum enumerare annos consuevisse. — Pari modo apud Protestantes principio quidem leges sanxerant, ut divortia fieri liceret certis de causis, iisque non sane multis: istas tamen, propter rerum similitudinem affinitatem, compertum est in tantam multitudinem excrevisse apud Germanos, Americanos, aliosque, ut qui non stulte sapuissent, magnopere deflendam putarint infinitam morum depravationem, atque intolerandam legum femeritatem. — Neque aliter se res habuit in civitatibus catholici nominis; in quibus si quando datus est conjugiorum discidiis locus, incommodorum, quæ consecuta sunt, multitudo opinionem legislatorum longe vicit. Nam scelus plurimorum fuit, ad omnem malitiam fraudemque versare mentem, ac per sævitiam adhibitam, per injurias, per adulteria fingere causas ad illud impune dissolvendum, cujus pertæsum esset, conjunctionis maritalis vinculum: idque cum tanto publicæ honestatis detrimento, ut operam emendandis legibus quamprimum dari omnes judicaverint oportere. — Et quisquam dubitabit, quin exitus æque miseros et calamitosos habituræ sint leges divortiorum faultrices, sicubi forte in usum ætate nostra revocentur? Non est profecto in hominum commentis vel decretis facultas tanta, ut immutare rerum naturalem indolem conformationemque possint: quapropter parum sapienter publicam felicitatem interpretantur, qui germanam matrimonii rationem impune perverti

posse putant, et, qualibet sanctitate cum religionis tum Sacramenti posthabita, diffingere ac deformare conjugia turpius velle videntur, quam ipsa ethnicorum instituta consuevisent. Ideoque nisi consilia mutantur, perpetuo sibi metuere familiæ et societas humana debebunt, ne miserrime conjiciantur in illud rerum omnium certamen atque discrimen, quod est Socialistarum ac Communistarum flagitiosis gregibus jamdiu propositum. — Unde liquet quam absonum et absurdum sit publicam salutem a divortii expectare, quæ potius in certam societatis perniciem sunt evasura.

Igitur confitendum est, de communi omnium populorum bono meruisse optime Ecclesiam catholicam, sanctitati et perpetuitati conjugiorum tuendæ semper intentam; nec exiguam ipsi gratiam deberi, quod legibus civicis centum jam annos in hoc genere multa peccantibus palam reclamaverit; quod hæresim deterrimam Protestantium de divortii et repudiis anathemate percusserit; quod usitatam græcis direptionem matrimoniorum multis modis damnaverit; quod irritas esse nuptias decreverit ea conditione initas, ut aliquando dissolvantur; quod demum vel a prima ætate leges imperatorias repudiarit, quæ divortii et repudiis perniciose favissent. — Pontifices vero maximi quoties restiterunt principibus potentissimis, divortia a se facta ut rata Ecclesiæ essent minaciter petentibus, toties existimandi sunt non modo pro incolumitate religionis, sed etiam pro humanitate gentium propugnasse. Quam ad rem omnis admirabitur posteritas invicti animi documenta a Nicolao I edita adversus Lotharium; ab Urbano II et Paschali II adversus Philippum I regum Galliarum; a Cælestino III et Innocentio III adversus Alphonsum a Leone et Philippum II principem Galliarum; a Clementi VII et Paulo III adversus Henricum VIII; denique a Pio VII sanctissimo fortissimoque Pontifice adversus Napoleonem I, secundis rebus et magnitudine imperii exultantem.

Quæ cum ita sint, omnes gubernatores administratoresque rerum publicarum, si rationem sequi, si sapientiam, si ipsam populorum utilitatem voluissent, malle debuerant sacras de matrimonio leges intactas manere, oblatumque Ecclesiæ adjumentum in tutelam morum prosperitatemque familiarum adhibere, quam ipsam vocare Ecclesiam in suspicionem inimitiæ, et in falsam atque iniquam violati juris civilis insimulationem.

Eoque magis, quod Ecclesia catholica, ut in re nulla potest ab religione officii et defensione juris sui declinare, ita maxime solet esse ad benignitatem indulgentiamque proclivis in rebus omnibus, quæ cum incolumitate jurium et sanctitate officiorum suorum possunt una consistere. Quam ob rem nihil unquam de matrimoniis statuit, quin respectum habuerit ad statum communitatis, ad conditiones populorum; nec semel suarum ipsa legum præscripta, quoad potuit, mitigavit, quando ut mitigaret causæ justæ et graves impulerunt. — Item non ipsa ignorat neque diffitetur, sacramentum matrimonii, cum ad conservationem quoque et incrementum societatis humanæ dirigatur, cognitionem et necessitudinem habere cum rebus ipsis humanis, quæ matrimonium quidem consequuntur, sed in genere civili versantur: de quibus rebus jure decernunt et cognoscunt qui reipublicæ præsent.

Nemo autem dubitat, quin Ecclesiæ conditor Jesus Christus potestatem sacram voluerit esse a civili distinctam, et ad suas utramque res agendas liberam atque expeditam; hoc tamen adjuncto, quod utrique expedit et quod interest omnium hominum, ut conjunctio inter eas et concordia intercederet, in iisque rebus quæ sint, diversa licet ratione, communis juris et judicii, altera, cui sunt humana tradita, opportune et congruenter ab altera penderet, cui sunt cælestia concredita. Hujusmodi autem compositione, ac fere harmonia, non solum utriusque potestatis optima ratio continetur, sed etiam opportunissimus

atque efficacissimus modus juvandi hominum genus in eo quod pertinet ad actionem vitæ et ad spem salutis sempiternæ. Etenim sicut hominum intelligentia, quemadmodum in superioribus Encyclicis Litteris ostendimus, si cum fide christiana conveniat, multum nobilitatur multoque evadit ad vitandos ac repellendos errores munitior, vicissimque fides non parum præsidii intelligentia mutuatur; sic pariter, si cum sacra Ecclesiæ potestate civilis auctoritas amice congruat, magna utrique necesse est fiat utilitatis accessio. Alterius enim amplificatur dignitas, et, religione præeunte, numquam erit non justum imperium: alteri vero adjuncta tutelæ et defensionis in publicum fidelium bonum suppeditantur.

Nos igitur, harum rerum consideratione permoti, cum studiose alias, tum vehementer in præsentem viros principes in concordiam atque amicitiam jungendam iterum hortamur; iisdemque paterna cum benevolentia veluti dexteram primi porrigimus, oblato supremæ potestatis Nostræ auxilio, quod tanto magis est hoc tempore necessarium, quanto jus imperandi plus est in opinione hominum, quasi accepto vulnere, debilitatum. Incensis jam procaci libertate animis, et omne imperii, vel maxime legitimi, jugum nefario ausu detrectantibus, salus publica postulat, ut viros utriusque potestatis consocientur ad prohibenda damna, quæ non modo Ecclesiæ, sed ipsi etiam civili societati impendent.

Sed cum amicam voluntatum conjunctionem valde suademus, precamurque Deum, principem pacis, ut amorem concordiæ in animos cunctorum hominum injiciat, tum temperare Nobis ipsi non possumus, quin Vestram industriam, Venerabiles Fratres, Vestrum studium ac vigilantiam, quæ in Vobis summa esse intelligimus, magis ac magis hortando incitemus. Quantum contentione assequi, quantum auctoritate potestis, date operam, ut aput gentes fidei Vestræ commendatas integra atque incorrupta doctrina

retineatur, quam Christus Dominus et cælestis voluntatis interpretes Apostoli tradiderunt, quamque Ecclesia catholica religiose ipsa servavit, et a Christifidelibus servari per omnes ætates jussit.

Præcipuas curas in id insumite, ut populi abundant præceptis sapientiæ christianæ, semperque memoria teneant matrimonium non voluntate hominum, sed auctoritate nutuque Dei fuisse initio constitutum, et hac lege prorsus ut sit unius ad unam: Christum vero novi Fœderis auctorem illud ipsum ex officio naturæ in Sacramenta transulisse, et quod ad vinculum spectat, legiferam et judicialem Ecclesiæ suæ adtribuisse potestatem. Quo in genere cavendum magnopere est, ne in errorem mentes inducantur a fallacibus conclusionibus adversariorum, qui ejusmodi potestatem ademptam Ecclesiæ vellent. Similiter omnibus exploratum esse debet, si quæ conjunctio viri et mulieris inter Christifideles citra Sacramentum contrahatur, eam vi ac ratione justis matrimonii carere; et quamvis convenienter legibus civicis facta sit, tamen pluris esse non posse, quam ritum aut morem, jure civili introductum; jure autem civili res tantummodo ordinari atque administrari posse, quas matrimonia efferrunt ex sese in genere civili, et quas digni non posse manifestum est, nisi vera et legitima illarum causa, scilicet nuptiale vinculum existat. — Hæc quidem omnia probe cognita habere maxime sponsorum refert, quibus etiam probata esse debent et notata animis, ut sibi liceat hæc in re morem legibus gerere; ipsa non abnuente Ecclesia, quæ vult atque optat ut in omnes partes salva sint matrimoniorum effecta, et ne quid liberis detrimenti afferatur. — In tanta autem confusione sententiarum, quæ serpunt quotidie longius, id quoque est cognitum necessarium, solvere vinculum conjugii inter christianos rati et consummati nullius in potestate esse; ideoque manifesti criminis reos esse, si qui forte conjuges, quæcumque demum causa esse dicatur, novo se matrimo-

nii nexu ante implicare velint, quam abrumpi primum morte contigerit. — Quod si res eo devenerint, ut convictus ferri diutius non posse videatur, tum vero Ecclesia sinit alterum ab altera seorsum agere, adhibendisque curis ac remediis ad conjugum conditionem accommodatis, lenire studet secessionis incommada; nec unquam committit, ut de reconcilianda concordia aut non laboret aut desperet. — Verum hæc extrema sunt; quo facile esset non descendere, si sponsi non cupiditate acti, sed præsumptis cogitatione tum officiis conjugum, tum causis conjugiorum nobilissimis, ea qua æquum est mente ad matrimonium accederent; neque nuptias anteverterent continuatione quadam serieque flagitiorum, irato Deo. Et ut omnia paucis complectamur, tunc matrimonia placidam quietamque constantiam habitura sunt, si conjuges spiritum vitamque hauriant a virtute religionis, quæ forti invictaque animo esse tribuit; quæ efficit ut vitia, si quæ sint in personis, ut distantia morum et ingeniorum, ut curarum maternas pondus, ut educationis liberorum operosa sollicitudo, ut comites vitæ labores, ut casus adversi non solum moderate, sed etiam libenter perferantur.

Illud etiam cavendum est, ne scilicet conjugia facile appetantur cum alienis a catholico nomine: animos enim de disciplina religionis dissidentes vix sperari potest futuros esse cetera concordēs. Quin imò ab ejusmodi conjugiiis ex eo maximo perspicitur esse abhorrendum, quod occasionem præbent vitæ societati et communicationi rerum sacrarum, periculum religioni creant conjugis catholici, impedimento sunt bonæ institutioni liberorum, et persæpe animos impellunt, ut cunctarum religionum æquam habere rationem assuescant, sublato veri falsique discrimine. — Postremo loco, cum probe intelligamus, alienum esse a caritate Nostra neminem oportere, auctoritati fidei et pietati Vestræ, Venerabiles Fratres, illos commendamus, valde quidem mi-

seros, qui æstu cupiditatum abrepti et salutis suæ plane immemores contra fas vivunt, haud legitimi matrimonii vinculo conjuncti. In his ad officium revocandis hominibus Vestra sollers industria versetur: et cum per Vos ipsi, tum interposita virorum bonorum opera, modis omnibus contendite, ut sentiant se flagitiose fecisse, agant nequitiae pœnitentiam, et ad justas nuptias ritu catholico ineundas animum inducant.

Hæc de matrimonio christiano documenta ac præcepta, quæ per has litteras Nostras Vobiscum, Venerabiles Fratres, communicanda censuimus facile videtis, non minus ad conversationem civilis communitatis, quam ad salutem hominum sempiternam magnopere pertinere. — Faxit igitur Deus ut quanto plus habent illa momenti et ponderis, tanto dociles promptosque magis ad parendum animos ubique nanciscantur. Hujus rei gratia, supplice atque humili prece omnes pariter opem imploremus beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, quæ, excitatis mentibus ad obediendum fidei, matrem se et adjutricem hominibus impertiat. Neque minore studio Petrum et Paulum obsecremus, Principes Apostolorum, domitores superstitionis, satores veritatis, ut ab eluvione renascentium errorum humanum genus firmissimo patrocinio tueantur.

Interea cælestium munerum auspiciem et singularis benevolentiam Nostræ testem, Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, et populis vigilantiam Vestræ commissis, Apostolicam Benedictionem ex animo impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die 10 Februarii an. 1880, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Leo PP. XIII.

Correspondenz aus Wallis.

Leztthin brachten Sie aus dem Kanton Wallis die Bemerkung, daß Sitten für die „Kirch.-Ztg.“ wie ein unbekanntes Bißthum sei. Ich würde Ihnen schon früher die gleiche Bemerkung gemacht haben, hätte ich nicht gefürchtet, dieselbe

Antwort zu erhalten, die Sie dem obigen Einsender im Briefkasten gegeben.

Will man auch von den ordinären Entschuldigungsgründen (Ueberhäufung von Berufsgeschäften u. dergl.) ganz absehen, so gibt es doch besondere Ursachen, warum die Correspondenzen aus unserer Diocese so spärlich fließen. Die Verschiedenheit der Sprache scheidet das Ober-Wallis von dem Unter-Wallis gleichsam in zwei sich fremd gegenüberstehende Lager, und die topographische Lage erschwert es ungemein, aus den einander so fern liegenden Ortschaften und Thälern die Nachrichten und nothwendigen Daten sich verschaffen zu können. Es ließe sich noch manches sagen, doch genug hievon.

Es wird Ihnen lieber sein, wenn ich Ihnen einige Nachrichten mittheile, die zwar nicht mehr ganz neu sind, aber doch in die „Kirchen-Ztg“ gehören und für manchen Ihrer Leser nicht ohne Interesse sein werden.

Das Jahr 1879 brachte dem Domkapitel von Sitten eine doppelte Lücke. Am 21. Dezember erfolgte nach langer schmerzhafter Krankheit der Tod des Domkantors Fr. Kaspar Allet. *) Geboren zu Leuf, 19. Juni 1813, hatte er seine theologischen Studien in Wien absolviert und wurde Pfarrer von Leuf, welche Stelle er 26 Jahre versah. Seit längerer Zeit an einem Halsübel leidend, sehnte er sich nach Ruhe und trat deshalb im Jahr 1866 in's Domkapitel von Sitten ein. Durch Freigebigkeit und Leutseligkeit war er überall beliebt. Das Land hat an ihm einen frommen würdigen Priester verloren. Bei der letzten Bischofswahl hätte er große Aussicht gehabt, gewählt zu werden, wenn ihm nicht sein Name nach der Bankkatastrophe eben so viel geschadet hätte, als er ihm vor derselben genützt haben würde. Sagen wir noch, daß der Verstorbene bei einem bescheidenen

Vermögensstande mehrere schöne Gaben testirt hat, als je 1000 Franken für die Kirche, den Spital und die Schulen von Leuf, nebst anderen Gaben zu wohlthätigen Zwecken.

Bald nach dem Tode des Hrn. Allet sollte im Kapitel die zweite Lücke entstehen. Denn schon am 3. Februar 1880 beschloß Domdekan Peter Anton von Preux sein langes thätiges Leben. Am 12. Februar 1787 zu Siders geboren, hatte er das seltene Alter von 93 vollen Jahren erreicht. Zuerst bischöflicher Kanzler, später Pfarrer von Siders, kam er 1825 in's Kapitel nach Sitten, wo er von den beinahe 70 Jahren seines Priesterthums nicht weniger als 55 Jahre (44 Jahre als Domdekan) verlebte. Zu wiederholten Malen leitete er als Generalvikar mit kundiger Hand die Geschäfte des Bisthums, so noch als Neunziger, denn seine Geisteskräfte verließen ihn erst kurz vor seinem Tode. Bis in die letzten Jahre war er unermüdet in Erfüllung seiner Amtspflichten; seiner Bescheidenheit im Umgange mit Andern entsprach seine höchst einfache Lebensweise. Er besaß die Kunst, Allen alles zu sein. Eines hätten wir gewünscht, daß er (ungeachtet eines nahmhafteu Vermächtnisses zur Gründung einer Familienstiftung) bei seiner sehr bedeutenden Hinterlassenschaft auch andere wohlthätigen Zwecke reichlicher bedacht hätte. Ist es doch bekannt, daß ein Geistlicher von seinen selten zufriedenen Erben noch seltener einen über das Grab reichenden Dank zu erwarten hat, und er daher wohl thut, selbst mehr an sich zu denken und durch Förderung wohlthätiger Zwecke sich den Dank der Mit- und Nachwelt zu verdienen. —

Noch müssen wir ein Wort über die nothwendig gewordenen Ergänzungswahlen sagen. Am 19. Februar traten die 8 Mitglieder des Domkapitels zusammen. Zuerst schritt man zur Wahl der drei Dignitäre. Domcustos Blatter wurde, wie man's erwartete, zum Domdekan, zum Domcustos aber Hr. Ruppen gewählt, nachdem Hr. Stadtpfarrer von Stockalper diese Stelle ausgeschlagen. Zum Domcantor wählte man Herrn

Domherr In-Albon. Da Hr. v. Stockalper als Stadtpfarrer resignirte, so mußte bei der Wahl von zwei Domherren auch auf jene Stelle Bedacht genommen werden, da nur ein Domherr Stadtpfarrer sein kann. Die Wahl eines residirenden Domherrn fiel selbstverständlich auf einen Geistlichen aus dem Bisperthal, nämlich Herrn Summermatter, Pfarrer von Stalden. Was die Pfarrwahl betrifft, stellt das Kapitel eine Liste von 4 Kandidaten auf, aus welchen der Stadtrath zu wählen hat. Vorgeschlagen wurden die Hh. Professor Abbet, Schnyder Pfarrer von Siders, de Torrente, Pfarrer von Gradetsch und Bonvin, Pfarrer von Brämis. Aus diesen wurde am 24. Februar vom Stadtrathe mit 12 von 13 Stimmen Herr Professor Jul. Abbet gewählt. Eine gute Wahl. Der Gewählte ist jung und kräftig, bescheiden und talentvoll, ein guter Prediger in deutscher wie in französischer Sprache, und dazu Doctor der Theologie. Wohl ist er noch jung und in der Seelsorge noch unerfahren, aber das sind Mängel die sich mit jedem Tage verbessern, und um so leichter, da er an der Quelle sitzt, wo er sich Rath's erholen kann.

Dennoch ist es für denjenigen, der die Verhältnisse näher kennt, kein Geheimniß, daß nicht diese so schönen Eigenschaften beim radikalen Stadtrath den Ausschlag gegeben, sondern daß der Gewählte — nicht etwa radikal, wohl aber der Sohn eines Radikalen ist, der in der Geschichte des Walliser-Radikalismus eine nicht unbedeutende Rolle gespielt. Das nimmt übrigens Ersterm nichts von seinem Verdienst. So haben merkwürdiger Weise in einem konservativen Lande bei zwei der wichtigsten geistlichen Wahlen Radikale den Ausschlag gegeben, nämlich bei der letzten Bischofswahl und jetzt bei der Stadtpfarrwahl. Das muß man denselben lassen, daß wenn sie für ihr Prinzip irgend einen Gewinn ziehen zu können meinen, sie fest zu einander halten, sich selbst große Gewalt anzuthun und selbst sehr gute geistliche Wahlen zu treffen wissen. Ein beschämendes Beispiel für so viele Konservative, die, wenn sie unter

*) Nicht Ignaz Allet, wie irrtümlich in mehreren Zeitungen angegeben ist. Ignaz, ein Bruder, ist Ligorianer, und Franz, ebenfalls ein Bruder, ist der bekannte Jesuitenpater Allet; deren jüngster Bruder Victor starb zu Leuf am gleichen Tage und fast zur selben Stunde wie sein ältester Bruder, der Domherr

Radikalen sich befinden und nicht gerade die ganze Masse des konservativen Volkes hinter sich sehen, selten den Muth haben, für ihre Grundsätze einzustehen! Dem neugewählten Pfarrer aber, der nicht gerade auf Rosen gebettet ist, rufen wir aus vollem Herzen zu: ad multos annos!

Kirchen-Chronik.

Aus der Schweiz.

Schweiz. In Sache der Lehrschwestern (Rekurs von Ruswil, Buttisholz, Eggerstanden und Appenzell J. N.) hat der Bundesrath entschieden: „Es liegen keinerlei Thatsachen vor, welche den Unterricht der Lehrschwestern in den öffentlichen Schulen als im Widerspruch stehend mit den Vorschriften des Art. 27 der B.-V. erscheinen lassen.“ — Dieser, allerdings bedeutungsvolle, jedoch selbstverständliche principielle Entscheid hat auf gewisse radikale Kreise wie eine plagende Bombe gewirkt und das „Journal de Jura“ poltert: „Herr Anderwerth tritt getreulich in die Fußstapfen der H. H. Welti und Hammer; er handelt und stimmt mit ihnen. Die Radikalen, denen er seine Erhebung verdankt, werden diesen **Berrath** nicht vergessen.“

— Ueber die projektirte „Rettenungsanstalt für verwahrloste katholische Mädchen“ in Richtersweil erhalten wir eine zweite Correspondenz, welche die, in letzter Nummer geäußerten Bedenken gegen das Projekt sehr begründet erachtet. Wegen Raummangel können wir hier nur den Schluß der Correspondenz mittheilen. Er lautet:

Ich glaube, es sei der „Gemeinnützigen Gesellschaft“ wirklich Ernst mit der guten Versorgung solcher Mädchen. Da würde sie nun am Besten fahren und wirkliche Erfolge erzielen, wenn sie mit dem Hochwft. Hrn. Bischof von St. Gallen in Unterhandlungen treten wollte, um solche Mädchen in der schon bestehenden und wirklich ausgezeichneten Anstalt zum Guten Hirten in Altstätten zu versorgen. Hier wäre das Geld nicht verworfen! Sollte das

nicht geschehen, so müßten die Katholiken der Centralschweiz Vereine gründen und Geld sammeln, um solch' arme Mädchen wirklich dort zu retten, wo sie gerettet werden können. Aber in solchen Sachen nur keine Proben machen, wo die Grundlagen des Gelingens fehlen, während die Anstalt in Altstätten schon seit Jahren die Probe glänzend bestanden hat.

— Zur „Friedhoffrage“. Dem „Démocrate“ zufolge haben die Juden in Biel den dortigen Gemeinderath um Ueberlassung eines Grundstückes für einen jüdischen Friedhof ersucht und hat der Gemeinderath beim Großen Stadtrathe das Gesuch befüwortet.

* — Unter dem Titel „das deutsche Centrum und die konservative Vertretung in der (Schweizerischen) Bundesversammlung“ erklärt ein sehr lesenswerther Artikel der „Ostschweiz“ die relativ geringern Erfolge unserer kathol. Staatsmänner in Bern (und nebenbei auch die Ursachen, warum man es „nicht einmal zu einem Gedeihen der Schweiz. Kirchen Ztg. bringe.“) Die staatsmännisch gewandte Darlegung finden wir ganz begründet und erlauben uns nur, noch auf einen Punkt hinzuweisen: auf die muthige Beharrlichkeit der Centrumsführer, die große **katholische Frage** — auch bei aller momentanen Ausichtslosigkeit auf Erfolg — in ihrer ganzen principiellen Schärfe immer und immer wieder im Kreise der Abgeordneten zur Besprechung zu bringen.

So z. B. Windthorst am 2. März im Reichstage bei Berathung des Militärgesetzes: „Dann ist ein zweites wichtiges Moment für die nachhaltige Kraft einer Nation, daß sie unter sich einig und daß im Innern überall Friede ist, und daß Jeder innerhalb der Nation für seine heiligsten Interessen den Schutz und die Anerkennung findet, welche ihm nöthig sind. Das ist in diesem Augenblick in Deutschland leider nicht der Fall. Namentlich die kirchlich-politischen Kämpfe in ganz Deutschland ziehen eine tiefe Kluft; und wer wirklich glaubt, daß die Gefahren bestehen,

wie sie uns geschildert sind, der hätte nach meiner Ansicht die Pflicht, dafür zu sorgen, daß diese Kluft sich nicht erweitere, sondern sehr rasch geschlossen würde. Wenn die Herren darauf hinwirken wollten, so habe ich die Ueberzeugung, daß Deutschland in solcher Weise eine Kraft gewänne, die viele Armeecorps aufwiegt. Das scheint man aber noch nicht nöthig zu erachten; man will eben die große Wichtigkeit solcher Verhältnisse absolut nicht erkennen; man legt kein genügendes Gewicht auf die Ideen und die ethischen Momente, welche im Volke liegen; man vertraut nur der physischen Gewalt, und das halte ich entschieden vom Uebel.“

So Dr. v. Hertling am 6. März bei Berathung des Socialistengesetzes: „Wir vertrauen auch heute noch auf die siegende Macht des Christenthums. — Darum verlangen wir, daß die Staatsregierungen nicht länger der Kirche feindlich oder mißtrauisch gegenüberstehen, wir verlangen es im Namen der Kirche, aber wir verlangen es auch im Namen des Staates und der Gesellschaft!“

Allerdings haben sich die Centrumsedner durch solche „Absehweifungen“ schon sehr oft das Mißfallen der „Linken“, Ordnungsrufe und peinliche Vorwürfe über Mangel an Parlamentarismus zugezogen; allein die Windthorst und Genossen vertrauen auf die siegende Macht der Wahrheit und nöthigen die Gegner „opportune, importune“, dieselbe immer wieder und zwar in ihrer ganzen Schärfe zu hören.

Bei unsern Debatten in den eidg. Räten sind wir auch schon Aehnlichem begegnet. Das kathol. Volk hat solchen Stimmen mit Freude gelauscht und es hegt, daß wir überzeugt, den innigen Wunsch, daß ihm derlei freundliche Genugthuung von Seite seiner kathol. Vertrauensmänner bei jedem Anlasse bereitet werde. —

Diöcese Chur. Am 6. April wird sich das Hochwft. Domkapitel versammeln, um einen Dombefan zu wählen.

Diözese Freiburg. Der letzten Mittwoch stattgefundenen Einzug des von Rom zurückkehrenden Hochwft. Bischofs Cosandey in seine Diözese, in die Bischofsstadt und in die Kathedrale war ein großartiges, glanzvolles **Glaubensbekenntniß** des kathol. Freiburgervolkes, seines Klerus und seiner Behörden. Die kantonalen und Gemeindebehörden, die katholischen Vereine, die religiösen Bruderschaften und die Schulen holten den Geseierten in festlichem Zuge am Bahnhof ab und geleiteten ihn nach der Kathedrale von St. Nikolaus, wo der feierliche Segen erteilt und Begrüßungsreden gehalten wurden. Am Abend brannten auf den umliegenden Bergen Freudenfeuer und Kanonendonner hallte durch die Thäler.

St. Gallen. (Corr.) Wenn die „Kirch. Ztg.“ über unsern Kanton schon wenig berichtet, ist es ganz begreiflich. Einerseits haben wir jetzt so ziemlich Ruhe, andererseits aber ist es nicht rathsam, gewisse grundsätzliche Fragen eingehend zu behandeln.

Die altkathol. Gemeinde der Hauptstadt gibt immer noch einige Lebenszeichen; doch leidet sie stark an der Auszehrung, wie ihr verstorbener Hauptheld Beeler. Die Katholiken haben sich gegen die Schulverschmelzung an das Bundesgericht gewendet. Wie immer der Entscheid ausfalle, kann's in der Hauptstadt doch gemüthlich werden. Denn, abgesehen von dem unheilvollen Einfluß des Schulsystems wo der Staat allein gebietet, bilden die Altkatholiken mit den Katholiken in Schulsachen noch eine Schulgemeinde, also schon eine Schulverschmelzung der gefährlichsten Art. Die Gefährlichkeit der altkatholischen Sekte liegt hier weniger auf dem kirchlichen Gebiet als auf dem der Schule.

Nach langer Zeit ist das hohe Domkapitel wieder vollzählig geworden. In Folge mehrerer Todesfälle wurden Wahllisten und Wahlen nothwendig; der Administrationsrath ließ alle Vorgeslagenen ungestrichen, obwohl es einmal anfang, wegen eines Kleinen zu rumoren.

Das hohe Domkapitel besteht nun
1. aus ff. Residentialcanonikern: H. Domdekan Augustin Egger, Regens Jak. Ant. Eberle, Pfarr-Rektor Joh. Wilh. Linden, Domcustos Dr. Otto Zardetti und Domkatechet Fr. Carl Bächtiger;

2. aus ff. Canonici forenses: aus dem Landkapitel Norschach die H. Dekan Justus Willi in Mörschwil, Pfarrer Jos. Ant. Müller in Goldach, Pfarrer Joh. Gälle in Norschach; aus dem Landkapitel Wyl-Gossau die H. Dekan Theod. Ruggle in Gossau und Pfarrer Fr. Jos. Umberg in Bernhardzell; aus dem Landkapitel Seebezirk die H. Dekan Blas. Zimmermann in Schmerikon und Pfarrer Martin Wick in Uznach; aus dem Landkapitel Sargans H. Dekan Jos. Ant. Zindel in Mels. Die Landkapitel Ober- und Unter-Toggenburg, Rheinthal und Gaster sind nicht vertreten. Gott erhalte die sämtlichen Domherren gesund und wohl und Sorge, daß doch recht lange keine Listen mehr angefertigt werden müssen!

Genf. Die Grovrathsdebatte vom letzten Samstag über das sog. katholische Kultusbudget hat sehr interessante Enthüllungen gebracht, so z. B. daß der altkathol. Gottesdienst in Thonex, für welchen neuerdings der Jahresbeitrag von 500 Fr. votirt werden sollte, seit einem Jahre, derjenige in Pregny seit 3 $\frac{1}{2}$ Jahren vollständig unterblieben, die Regierung aber der grovräthl. Budgetcommission hierüber völlig unwahre Angaben gemacht hatte. Altkatholikenvater Bard wand und krümmte sich unter den Keulenschlägen, die von allen Seiten auf ihn trafen. Die Schlacht endete mit der Verwerfung des Budgetantrages von 5000 Fr. für altkath. Kultuszwecke.

— Der Große Rath (31 gegen 27 Stimmen) hat sich gezwungen gesehen, den Staatsbeitrag von 2750 Fr. an Herrn Ed. Herzog auch für das laufende Jahr zu votiren, weil, wie Herr Cambasses mittheilte, diese Subvention auf einem „Vertrag“ zwischen Genf

und den Regierungen von Aargau, Solothurn und Bern beruht. Man sieht, die Herren haben während der 7 fetten Jahre durch „Verträge“ und „offizielle Versprechungen“ sehr klüglich für die 7 magern Jahre vorgesorgt!

† **Aus und von Rom.** (8. März.) Die beiden H. Schweizerbischofe von Basel und von Lausanne haben bei dem hl. Vater Leo XIII. ihre Abschieds-Audienzen gehabt und den apostolischen Segen für sich und ihre Bisthümer erhalten. Die huldvollsten Sympathien begleiten sie in das Schweizerland zurück.

Bei Anlaß der dießjährigen Krönungsfeier Papst Leo's XIII. fand zum erstenmal wieder feierlicher Gottesdienst in der Sirtinischen Kapelle statt. Seitdem die Italiener die Hauptstadt der katholischen Welt annexirten, unterblieben alle Festlichkeiten in der St. Peter'skirche. Dieß ist auch jetzt noch der Fall; nur für die Sirtinische Kapelle wurde dießmal eine Ausnahme gemacht.

Im Consistorium vom 27. Februar ist Se. Em. Jacobini, apostolischer Nuntius in Wien, zur Empfangnahme des Cardinalschutzes nicht eingetroffen. Ein Telegramm begründete sein Ausbleiben durch „wichtige Staatsgeschäfte“. Bekanntermaßen ist der apost. Nuntius in Wien, Jacobini, mit den Unterhandlungen zwischen dem hl. Stuhl und dem deutschen Reich bezüglich der Kirchenkonflikte betraut und man bringt die „wichtigen Staatsgeschäfte“, welche die Abreise Jacobini's verursacht, hiermit in Verbindung. Selbst unter den hier maßgebenden Persönlichkeiten sind die Meinungen über das voraussichtliche Resultat der Verhandlungen und den Zeitpunkt ihrer Beendigung sehr auseinandergehend.

Es wird hervorgehoben, daß unter den im letzten Consistorium vom Papst präconisirten Bischöfen sich zwei Preußen und zwar Angehörige der Erzdiözese Köln, befinden, nämlich die Herren Bernhard August Thiel aus dem Lazaristenorden und Egidius Jünger, zu

Burtscheid bei Aachen gebürtig, von welchen Ersterer zum Bischof von St. José in der südamerikanischen Republik Costarica, Letzterer zum Bischof von Resqualy im äußersten Westen der Vereinigten Staaten von Nordamerika ernannt worden ist.

Se. Em. der neuernannte Cardinal-Fürsterzbischof v. Fürstenberg hat nach Beendigung des geheimen Consistoriums, welches auf das öffentliche folgte und nach der sich gleich daran schließenden päpstlichen Audienz, in den Prunkgemächern des österreichischen Botschafters beim hl. Stuhl den Empfang zur Entgegennahme der Glückwünsche abgehalten. Es ist dieß ein erfreuliches Zeichen für die freundschaftlichen Beziehungen zwischen dem hl. Stuhle und dem österreichischen Kaiser.

Das regierungsfreundliche Blatt „Liberta“ hat dieser Tage ein wichtiges Geständniß über das Verhältniß der päpstlichen zu den Staatsschulen in Rom abgelegt. „Der Papst, so bekennt das liberale Blatt, fährt mit Beharrlichkeit fort, neue Schulen in Rom zu gründen. Er betrachtet dies als eines seiner wichtigsten Aemter und widmet sich aus seinem ganzen Herzen diesem edlen Werke. Im vergangenen Jahre wurden durch die Fürsorge des Papstes 29 neue Schulen eröffnet; dagegen wurde eine Abnahme in der Zahl der Schüler wahrgenommen, welche in unsern Municipal-Schulen eingeschrieben sind. Dies ist ein sehr wichtiges Factum und verdient in ernste Erwägung gezogen zu werden. Wenn die Familien Väter die klerikalen Schulen den unsrigen vorziehen, so werden sie gewiß einen Grund dazu haben. Unsern Schulen muß daher etwas fehlen. Es ist der Religions-Unterricht, der unsern Schulen fehlt und den die Familien-Väter ihren Kindern geben lassen wollen. Daher wäre es sehr wünschenswerth, daß der Religions-Unterricht in unsern Schulen so gegeben wird, daß die Familien-Väter zufrieden gestellt werden. Es wäre kindisch, über das in Unwillen zu geraten, was der Papst thut. Er erfüllt sein Amt.

Man muß deßhalb diese Angelegenheit studiren, damit sich nicht die Kinder, welche unsere Schulen besuchen, von Jahr zu Jahr vermindern.“

Allein die Logen und ihr liberaler Heerbann haben bekanntermaßen confessions- und religionslose Schulen dictirt und wie dürfte da das italienische Staatsregiment, wenn es auch wollte, einen, die katholischen Familienväter befriedigenden Religionsunterricht in seinen Staatsschulen einführen?

Die Administration della Pia Casa der christlichen Schulen in Rom wird gegen die Regierung einen Proceß führen wegen der Herausgabe einer Stiftung, welche dem Institute von Papst Pius VI. gemacht und jetzt von der Regierung annexirt worden ist. Von der Provinzialdeputation ist dieses Vorhaben gutgeheißen worden. —

Von dem päpstlichen Comite für Wohlthätigkeiten für die Armen Roms ist die beträchtliche Summe von 40,000 Lire gesammelt worden.

Frankreich. Wahrheit und Freiheit haben am 9. im französischen Senate triumphirt: mit 148 gegen 129 Stimmen wurde der berüchtigte Art. VII des Ferry'schen Unterrichtsgesetzes verworfen. Wir fürchten jedoch, der Kirchenhaß Ferry's und seiner Genossen habe die Gegenmienen schon gelegt!

Deutschland. Ein Correspondent der „Neuen Ztg.“ berichtet, Cardinal Hergenröther gedenke den nächsten Sommer in Eichstädt zuzubringen.

Belgien. Die Kammer hat mit 97 gegen 8 Stimmen die Beibehaltung der belgischen Gesandtschaft beim h. Stuhle beschlossen.

— Radikale Blätter berichten: „Der Gehalt des Clerus soll reducirt, je nach der Revision der Charte gänzlich unterdrückt werden, wenn er seine Opposition gegen die liberalen Schulen fortsetzt. Der Tag ist vielleicht nahe, an welchem der Clerus, vom Staate ganz ausgeplündert, aus den Pfarrhäusern vertrieben und aus dem Budget nicht mehr

honorirt wird. Eine solche Perspective wird täglich ernster und dürfte den Clerus, wenn er klug und weise ist, veranlassen, sich von nun an den Schulgesetzen zu unterwerfen.“

Diese Blätter vergessen, daß der römischkatholische Clerus wohl verfolgt, nicht aber erkauft werden kann!

S. Vom Büchertisch.

Als Fortsetzungen früherhin in diesem Blatte schon bestens empfohlener und besprochener Schriften führen wir heute vor:

a. **Dogmatische Theologie** von Dr. J. B. Heinrich. Dritte Abtheilung des 3. Bandes. Diese Lieferung enthält das 6. Kapitel: von den affirmativen Eigenschaften Gottes; das 7. Kapitel: von dem Willen, der Allmacht und den sog. moralischen Eigenschaften Gottes und schließt damit den dritten Band (spezielle Dogmatik I. Buch: Gottes Dasein, Wesen und Eigenschaften) ab. Der gelehrte Verfasser zeigt mit dieser Lieferung an, daß seine Dogmatische Theologie statt der ursprünglich beabsichtigten 3 Bände wohl das Doppelte (6 Bände) umfassen werde und rechtfertigt diese Erweiterung durch das in unserer Zeit immer mehr hervortretende Bedürfniß, gründliche und umfassende Kenntnisse über die Dogmen zu verbreiten. Wir stimmen diesem Urtheil des Verfassers ganz bei und hoffen, daß auch die zahlreichen Verehrer und Schüler desselben in der Schweiz mit Vergnügen diese erweiterte Behandlung entgegennehmen werden, zumal der Druck der nachfolgenden Bände ohne Unterbrechung erfolgen wird. (Mainz Kirchheim 1879. 33—56 Bogen.)

b. **Lehrbuch für den katholischen Religionsunterricht** von Dr. Arthur König. Von diesem für die obern Klassen der Gymnasien und Realschulen bestimmten Lehrbuch ist nun auch der IV. Cours erschienen. Derselbe behandelt die Sittenlehre und zwar sowohl die Allgemeine (Grundlagen des sittlich Guten und Gegensatz zwischen sittlich Gutem und Bösem etc.) als die

Besondere (Pflichten des Christen gegen Gott, gegen sich selbst und gegen den Nächsten, darunter auch die Pflichten gegen Familie und Staat). Mit diesem IV. Cursus hat dieses Lehrbuch seinen Schluß erhalten. Zur Empfehlung haben wir nur beizufügen, daß sich dasselbe der Genehmigung des erzbischöflichen Ordinariats von Freiburg erfreut. (Freiburg Herder. 1880. 74 S. in gr. 8.)

c. **Herders Conversations-Lexikon.** 49. und 50. Lieferung. Hiermit hat die zweite, gänzlich umgearbeitete Ausgabe ihren Abschluß erreicht. Das Werk liegt nun in seinen 4 Bänden vollständig vor und verdient in Folge der erhaltenen Verbesserung und Vervollständigung allgemeine Verbreitung. Dasselbe enthält kurz aber deutlich das Wissenswerthe aus dem Gebiete der Religion, Philosophie, Geschichte, Geographie, Sprache, Literatur, Kunst, Natur- und Gewerbekunde, des Handels, der Fremdwörter etc. Auch darf dasselbe in jeder katholischen Familie Eingang finden, da alles vermieden ist, was das katholische Gewissen verletzen könnte. Die strebsame Verlagshandlung hat Einband-Decken (zu 1 Mark) erstellen lassen und wird später durch Supplemente das Lexikon fortsetzen. Die Herder'sche Verlagshandlung darf stolz sein auf das von ihr gegründete und ihren Namen tragende Lexikon, sie hat sich selbst damit ein Denkmal gesetzt.

Erklärung.

Endesunterzeichneter, Angehöriger des Bisthums Basel, erklärt hiemit öffentlich, daß er mit Reue von der Häresie des Ultrakatholicismus und von der schismatischen Stellung, die er als von Eduard Herzog in Bern geweihter Priester gegenüber der römisch-katholischen Kirche und seinem rechtmäßigen Bischof Eugenius eingenommen, zurücktritt, hin für die heilige katholische Lehre in ihrem ganzen Umfange nach den Entscheidungen der Concilien von Trient und vom Vatican annimmt und bekennt, und in der Einheit mit dem Apostolischen Stuhle bis an's Lebensende gläubig und gehor-

sam zu verharren entschlossen ist. Was die sacrilegisch empfangenen Weihen anbelangt, unterziehe ich mich unbedingt Allem, was der Apostolische Stuhl und mein einzig rechtmäßiger Bischof verfügen werden. Schließlich bitte ich bei Allen ab, die ich durch Wort und That geärgert oder beleidigt habe, und hoffe, mit dem Beistande der göttlichen Gnade mein Leben in treuem Dienste Gottes und seiner heiligen Kirche zuzubringen.

Luzern den 9. März 1880

Arnold Gesein, von Klingnau.

Briefkasten.

Eine Corresp. aus dem Jura mußten wir wegen Raumangel bei Seite legen. H. Entschuldigung!

Nach St. Gallen. Mit Freuden! Freilich nur um 3 Abonnenten aus Ihrem Kanton, immerhin ein Zuwachs pro 1880. Ähnlich aus Unterwalden, Zürich, Baselland und Solothurn. Dagegen aus — Luzern und Schwyz ein kleines Minus! „Ne vacilles, sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.“

Anonyme Corresp. können wir nicht berücksichtigen.

Zuländische Mission.

a. Gewöhnliche Beiträge pro 1879 à 1880.	Fr. Ct.
Uebertrag laut Nr. 9:	5679 48
Aus der Pfarrei Bischofszell	27 50
" " " Sitterdorf	5 —
Kirchenopfer von Sempach	94 —
	5805 98

	Fr. Ct.
Uebertrag: 5805 98	
Kirchenopfer an der Kreis-Piuzvereins-Versammlung in Sempach	31 —
Von Jgfr. A. K. in Luzern	5 —
" Wwe. S. B. in Luzern	50 —
Aus der Stadtpfarrei Luzern	10 —
Von Familie G. A. in Luzern	50 —
Aus der Pfarrei Zeihen	22 —
Vom löbl. Kloster St. Catharina in Wyl	50 —
Von B. A.	50 —
" Hrn. Jos. Käppeli in Jsenbergswil	25 —
Aus der Pfarrei Hildisrieden	100 —
Kirchenopfer von Klingnau	52 —
	6250 98

Der Kassier der inländ. Mission:
Pfeiffer-Gmiger in Luzern.

Zum Verkaufen.

➡ Bedeutend unter dem Ladenpreis: 1) **Holzwarth**, Leben der Heiligen Gottes. Zwei Bände. Schön Geb. Zusammen: 6 Fr. — 2) **Schweizerische Kirchenzeitung**, Jahrgänge 1873, 1874, 1875, 1876, 1877. Alle in guten Einbänden. ➡ Alle 5 Bände zusammen nur 12 Fr. 50 Cts. Einzeln per Band: 3 Fr. — Bestellungen an die Expedition der „Schweiz. Kirchenztg.“ (16²)

Soeben erschien: (15²)

Ut omnes unum Nr. 6

2 1/2 Bogen stark mit höchst interessantem Inhalt. Als Probe-Nummer gebe ich dieses Nummer gratis. Bestellungen für das nächste Quartal (1 M.) durch jede Buchhandlung und Post-Anstalt erbeten. Eberswalde, den 1. März 1880. (M. Ag. Ebers. 3/3 B) **Ernst Ruff.**

Sparbank in Luzern.

2

Diese von der hoh. Regierung des Kantons Luzern genehmigte Aktiengesellschaft hat ein Garantiekapital von Fr. 100,000 in der Depostitenkasse der Stadt Luzern laut Statuten hinterlegt.

Die Sparbank nimmt Gelder an gegen Obligationen und Cassascheine und verzinst dieselben zu folgenden Bedingungen:

Obligationen à 5 %

auf 1 Jahr fest angelegt und sodann nach erfolgter Kündigung in 6 Monaten rückzahlbar

Obligationen à 4 1/2 %

zu jeder Zeit kündbar und sodann nach 4 Monaten rückzahlbar.

Cassascheine à 4 %

zu jeder Zeit aufkündbar und sodann nach 8 Tagen rückzahlbar.

Zinsberechnung vom Tage der Einzahlung bis zum Tage des Rückzuges, ohne Provisionsberechnung.

Die Verwaltung.